

Urkundenbuch zur Geschichte der mittelrheinischen Territorien (Ed. Beyer) Nr. 21

Domno sancto et in Christo venerabili patri Asvero abbate Botlinus. Omnibus non habetur incognitum qualiter genitor meus egidius propter nomen domni ad monasterium s. salvatoris res suas in locis nuncupantis comnis viva aqua aciliaco fol patriniaco alciaco sitas in pago celmanico. Similiter et alias villas nuncupatas caluonno lauiniaco aueriaco aurudo serant colrido bron duniaco sitas in pago andigauinse similiter et alias villas nuncupatas druuo patriciaco quevo bursinas piriello dimisiniaco cuptiaco balaciaco sitas in pago rodonico per epistolam donationis suae visus fuit condonasse et eam vos ad partem suprascripti monasterii vestri recipistis sed dum postea mea fuit peticio et vestra fuit benevolentia ut de ipsas res superius nominatas quarta parte dum adiuuo ad beficium usu fructuario ordine ad excolendum permisistis ea scilicet ratione ut annis singulis missa s. martini hyemale libra de argento ad lumen ipsius ecclesie s. salvatoris solvere debeam et si de isto censu tardus aut negligens apparvero fidem exinde faciam et ipsum censum solvam et ipsas res dum adiuuo non perdam et nichil exinde penitus de qualibet rem alienandi aut minvandi pontificium habere non debeam sed absque ullo preiudicio vel dominatione aliqua suprascripti monasterii vestri vel successoribus vestris seu congregationem ibidem consistentem excolere debeam. Propterea hanc precariam vobis emitto ut nullo umquam tempore vestra possessio per nullum ingenium nulloque preiudicio vel dominatione aliquid de ipsas res partibus vestris generare non habeam pontificium, nisi tantum dum adiuuo usualiter per vesttum beneficiurn eas excolere debeam. et post rerum discessum vel quandocunque vobis placuerit cum omnes res immidioratas vel oxquisitas in quibuslibet rebus vel corporibus quicquid ibidem augmentatum vel inventum fuerit de presenti hoc pars antedicti monasterii vel argentis absque ullius expectata tradicionem recipere faciatis perpetualiter possidendum. Hanc autem precariam non sit necesse de quinquennium in quinquenuium renovandi sed ista sola per se sufficiat facta precaria sub die Kal Juny anno XVI regnante domno nostro Pippino gloriosissimo rege.

Signum.+ Botlino qui hanc precariam fieri et firmare rogavit. Signum Ermaldo S. Glithario. Ego Uuiradus rogatus scripsi Botlino precaria.